

Band IV., Nr. 1152, Seite 218

Papst Innozenz IV. bestätigt die von dem verstorbenen Ernst von Bernhausen und seiner Gattin Adelheid um ihres Seelenheils willen gemachte Güterstiftung zum Unterhalt eines beständigen Kaplans im Kloster Weiler (Weil).

Lyon, 1250. Juni 13.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, dilecte in Christo filie, Adelheidi relicte quondam Ernosti de Berenhusin militis, Constantiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Petitionibus, quas dignas favore ac honestate non vacuas intuemur, libenter exauditionis ianuam aperimus. Cum igitur, sicut nobis exponere curavisti, quondam Ernstus de Berenhusin vir tuus una tecum . . . priorisse et conventui monasterii in Willario^a ordinis sancti Augustini, Constantiensis diocesis, pro animarum vestrarum remedio quedam bona vestra sub ea condicione duxeritis eroganda, ut bonorum ipsorum redditus uni in ipso monasterio capellano pro sustentatione sua perpetuo ministrarentur, inibi pro vestrorum remissione peccaminum futuris temporibus servituro, ad id priorissa et conventu se obligantibus memoratis, nos tuis precibus inclinati, quod a predicto viro tuo tecum super hoc pie ac provide factum extitit, gratum et ratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Lugduni, idus Iunii, pontificatus nostri anno septimo.

Der Textabdruck folgt dem Original.

An rot-gelber Seidenschnur hängt die gewöhnliche Bleibulle des Papstes Innozenz IV. Auf der Plica außen rechts sehr verwischt: *I. p̄s*; auf dem Rücken der Urkunde ebenfalls von gleichzeitiger Hand: *fa solla*.

^aIm Original steht *Willar* mit einem Abkürzungszeichen. Da dasselbe Zeichen in der Urkunde für die verschiedensten Fälle von Abkürzungen angewandt wird, so erfolgte die Auflösung mit Rücksicht auf die Schreibweise der früheren Urkunde Nr. 1072 (WUB, Bd. IV, S. 134).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 539 U 1

Regesten:

Schmidt: Papsturkunden, Bd. 1, S. 142 f., Nr. 315.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Lyon

Aussteller:

Innozenz IV.; Papst

Ortsindex:

Bernhausen Wohnplatz (481)

Bernhausen, Filderstadt, ES

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Lyon, Dep. Rhône, Frankreich

Weil Wohnplatz (351)

Weil, Esslingen am Neckar, ES